



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Christophorus Madrutius n. 12

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Etia Collegia essent: non ita laborandum Pontifici summo es-  
set ad populum olim pietate inclytum in sanctæ Sedis obse-  
quio, & Matris Ecclesiæ gremio retinendum. Id adeo ex-  
perimentum apertè monstrat, quod Billomum atque Apa-  
miæ Gallicanæ Vrbes, quamvis regionibus vitio contactis  
vndique obsideantur; tamen & sc, & multas circa oras ab  
infanda contagione liberas seruauerunt. Huius rei gratia qui-  
uis fidelis Christi cultor diuinæ bonitati gratias debet agere,  
quod in hisce summis calamitatibus, quasi è cælo dimittere  
ad nos hanc verè Cælestem Societatem, dignata est. Cui cum  
Tu, Pater summe obseruande, merito præsis, cuius magnam  
incorruptamque sapientiam, prudentiam, & sanctos mores  
cognitos habet, plurimique, ut debet, facit Cardinalis, tanto  
actius confirmat suum honestum hoc votum, atque inflam-  
mat. Ideoquæ iusit me tibi nomine suo, quod his literis facio,  
significare, mentem hanc eius esse, ut suum illud Collegium  
sanctæ huius Societatis sit. *Hæc enus Vincentij literæ date Ka-*  
*lend. Octobris. Ita in ead. Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. n. 85.*

*Ad popu-  
lum in Se-  
dis Apost.*  
*obsequio*  
*retinen-  
dum.*

*Quæ ser-  
vant Vrbes  
ab heresis  
contagio.*

*Verè cele-  
stis Socie-  
tas, ac  
sancta.*

12. A CHRISTOPHORO MADRVTIO Cardinali legato:  
is cum in assignandis redditibus Collegio Materatenſi difficultatis ali-  
quid interuenisset; & cum ab Oliuerio, & dicti Collegij Rectore in-  
uiseretur, magna voce (& aderant plurimi) velut concionabundus  
extollere miris laudibus Societatem aggressus, præter cetera, Gratias,  
dixit, ab omnibus Deo agendas, quod tali tempore, talem or-  
bi terrarum hominum cætum dedisset: ac bonam deinde de pe-  
cunia sua stipem ad Collegium misit suum mittentis nomen quam-  
quam frustra, cupiens ignorari. Ita Ibid. lib. 5. n. 85.

*Cetus, ob  
quem Deo  
agenda  
gratias.*

13. AB ALEXANDRO FARNESTIO, cuius tanta in Societa-  
tem benignitas, ut diceret Generali Lainio, cum quo multa ad ani-  
mum suum spectantia æger decumbens communicauit, Societatis  
causa quamplurimum agere ad neminem omnium, quam al-  
se prius pertinere, eo nimis Officio, quo gloria stirpis  
facta tueri gentiles, & cumulare pietas iubet. Ita Ibidem lib. 5.  
n. 145. Innatus sane tanto Principi amor, & benignitas insignis, &

*Card. Far-  
nestij in So-  
cietatem  
benignitas.*